displicuit, dissimulaverunt tamen, ideo, quod nisi eo volente victualia a Tyro venire non poterant. 0309

Ipse praeterea tamquam vir astutus quosdam de majoribus donis et muneribus ad se inclinaverat pro auxilio sibi praestando in hoc negotio. Post occupaverat etiam Tyrum civitatem ille Conradus marchio et potens erat et nominatus; quia Saladinum cum exercitu suo a Tyri obsidione repulerat, ideo eum offendere nemo audebat. Interea cum exercitus Domini ad obsidionem Jerusalem disponeretur, duo isti potentissimi reges, Philippus rex Francorum et Richardus rex Anglorum, junctos scilicet exercitus habebant (283 A). Audiens autem Saladinus adventum tanti exercitus, cogitavit reddere Christianis Jerusalem et nuntios ad reges misit ad concordanda negotia. Hoc auditis duobus regibus, ambos, ut verum dicam, diabolus possedit, et uterque toto nisu alterum praeire, alteri superior fieri conabatur, ut rex Jerusalem fieri posset. Et facta fuit exercitus divisio, et effusa est inter principes contentio de sacro principatu Jerosolymitano. Verum cum sic de principatu contenderunt, Philippus rex Franciae indignatus relicto negotio cum omni suo exercitu in Europam reversus est. Ex quo etiam rex Franciae semper astitit regibus Jerusalem eosque in regno retinuit et conservavit, (et) dignum aestimabat, ut jam regia stirpe exstincta ad eum regni illius titulus pertineret. Sed cum videret, hoc salva pace non posse fieri, cum ira recessit. Audiens autem Saladinus exercitum Christianorum diminutum per recessum regis Franciae, ab intentione restituendi Christianis Jerusalem destitit et ipsam civitatem sanctam munivit, et praesidium militum in ea collocavit. Interea Richardus rex Angliae in Syria mansit et strenue prosecutus est bellum contra Sarracenos. 0313 0303 0318 0298 0358 0258 0408 0208 0808

Porro anno Domini MCXCVII. perseverante Richardo in Syria Guido Lusignanus rex Jerusalem superioribus annis a Saladino pulsus, hominis virtutem et magnanimitatem videns, obtulit ei titulos et jura regni Jerosolymorum, ut ipse sibi Cyprum insulam, quam Richardus Graecis abstulerat, possidendam daret. Hoc autem Richardus Angliae rex libentissime fecit et ipsum Guidonem regem Cypri fecit, ipse vero

Ende

Anfang

© Stadtbibliothek Ulm, 2010. Signatur: 16 739-3;